28 lill

Libellus aduersus Magos: Diuinatores: Maleficos: eosue qui ad religionē subeundam maleficis artibꝰ quempiam cogi posse asseuerant.

Ex libris [illegible] ord predi: [illegible] 1533

KONIGLICHE BIBLIOTHEK

C

~~V 7440 I 650~~

A. 5923

AD Illustrem Dominũ Dñm Iafredũ Carolũ Senatus Mediolanẽsis Præsidem dignissimum uniuersosq; Senatores uiros celeberrimos: Libellus Fratris Ysidori Isolani Mediolanẽsis Congregatiõis Lombardiæ ordinis prædicatorum ĩ cænobio Diuæ Mariæ gratiarum Mediolani Philosophiæ Lectoris aduersus magos: diuinatores: Maleficosq;. Quod neminẽ suis artificiis ad religionẽ subeũdã cogere queant.

DIVI PATRES NOSTRI Illustris Domĩe Senatoresq; præclarissimi: qui sancto edocente spiritu fratrum prædicatorũ ordinem instituerunt: strictis statuere legibus: quo filii sui post nocturnas diurnasue Laudes Deo optĩo maxĩo decantatas: post sacras obseruatiões: totis animi uotis incumberent omni doctrinæ quatenus Christi Iesu fidem: populos edocere: hereses euellere: impia dogmata efficacissimis rationibus insequi ualeant. Iubent uoluminа. ubi opus fuerit conscribere. quib⁹ Christianæ ueritatis maiestatem solis splẽdore clariorem: seruemus. Quãobrem magnis priuilegiis hunc ordinem Sancta mater ecclesia. cui oẽ caput inclinare

fas est donauit eundem Apostolico predicatorum nomine consecrans. Nobis bella iniunxit aduersus Magos: diuinatores: maleficos: heresumq; sectatores. Itaq; superioribus diebus cum nonnulli corã Regio throno uestro asserere minime erubuerint quempiam ad religionem subeundam induci posse maleficis artibus: errorem hunc qui simplicibus haud mediocre damnũ inferet. ni euangelico mucrone illi occurratur. Lucubraciuncula hac elimi nare Deo fauente statui: non satis excellentissimis ingeniis uestris fact^{r} uerum publicæ uoci: hisq; qui plenam ueritatem minime perceperũt. Enim uero opusculum ipsum Illustrissimo senatui imperii Mediolanensis. Q ui doctrina: moribus: grauitate: religione omniq; uirtutum genere uiros exornatos habet dicandum censui: cuius iuditium hac in re minime effugimus. Non secus ac patres patriæ senatores quoq; omni dilectiõe prosequimur colimus: ueneramur. Habetote igitur. sapientissime præses uosq; senatores p̃clarissimi q̃ comendatissimos eos q totius ecclesiæ iure: fidei propugnatores existunt: qui Christo Iesu die noctuq; purissimis pectoribus deseruire satagunt: qui perpetuas præces ad Deum pro uestra salute fundunt: q ea tantummodo. quæ ad bene beateq; uiuendum conducunt: exoptant. Opusculum uero presens quadrisariam diuisim^{r}: singula quattuor capitibus suc

cincius explanantes. Primo igitur oia dei optimi maximi subesse uoluntati. nilq; sine eius agi imperio cõprobabimus. Dehinc quibus causis mediis haec inferiora administret. Tum de maleficiis pertractabimus. Demum ab Christiana religione omnino alienum esse planius faciemus asserere quemuis maleficiis ad religionẽ cogi. quamuis oppositũ deo permittente eueniat. Valete Viri illustres. patriæq; nostræ decus æternum.

Primæ Partis Capita.

Deum optimum maximum unum esse Principiũ uniuersi. — Primum

Singula queq; ab hominibus aut a quibusuis operata diuinis subesse oculis. — Secundum

Multiplicem naturam ab deo fuisse conditam ad futuram capescendam beatitudinẽ. — Tertium

Ex infinitate diuinæ perfectionis euenire q; homines pro suo agant iure pia uel impia. — Quartum

Secundæ partis Capita

Angelos beatos corpora cælestia mouere eisq; omnem uirtutem immittere. — Primum

Omnem corpoream uirtutem ab cælestibus corporibus regi. — Secundum

Tertium — Solam humanã mentẽ eiuſq; actiones corporum cæleſtium imperio non ſubeſſe.

Quartum — Diuinam caritatem humanis mentibus ifundi qua ſupra humanas uires operentur.

Tertiæ Partis Capita

Primum — Multiplicia eſſe maleficia.

Secundum — Maleficia egritudines cauſare. humanãq; imagina tionem immutare.

Tertium — In cunctis maleficiis demonum nequitiã adeſſe.

Quartum — Ab Iudeis aut his qui Chriſtianam fidem abnega runt maleficia pene ſemper fieri.

Vltimæ Partis Capita

Primum — Religionem ſolum diuinum munus eſſe.

Secundum — Nunq̃ aliquem decipi ſi ad religionem ſubeundã inducatur.

Tertium — Chriſtum maximum: Apoſtolos. Martireſq; male ficos fuiſſe nuncupatos ꝓpter diua religiõis opa.

Quartum — Ab religione Chriſtiana eum oberrare qui malefi ciis aliquem cogi poſſe ad religionem ſubeun dum aſſerit. quãuis oppoſitum diuino latenti iu dicio eueniat.

Pars prima: qua dei optimi maximi omnia ſubeſſe uoluntati. nilq; ſine eius agi imperio cõprobat.

Deum maximum optimum unum esse principium Vniuersi.

Caput Primum.

QVi de diuinis rebus disputant uniuersi nomine: corporum omnium multitudinẽ eorumq; uirtutẽ intellexerunt. Addunt alii substantias: quas separatas pipatetici uocãt: diuinæ uero litteræ Angelos dicũt. Vniuersum itaq; angelos. s. Corpora æterna: homines: elemẽta ex eisq; composita deum effecisse. ut Christianæ ueritatis diuinas conticeam uoces: uiri quiq; illustres exclamãt efficacissimis comprobãt rationibus: colunt uenerantur. Si philosophos euocaueris Trismegist⁹. quem ter maximum ægiptii nuncuparunt. quoniam & philosophus maximus. & rex maximus. & sacerdos maximus extitit a quo feruntur stoyci dogmata sua hauxisse. ea que in Pimandro scribit: deducet in medium. Ex uoluntate inquit dei quæ uerbũ cõplexa pulcrumq; intuita mundũ: ad eius exemplar reliqua. suis ipsius elementis uitabilibusq; seminibus exorauit. Mens autem Deus utriusq; sexus fecunditate pleniſſimus uita & lux cum uerbo suo mentẽ

Vniuersi. quid

Trismegist⁹

alterã opificem peperit qui quidẽ deus ignis atq; ſpiritꝰ: Septem deinceps fabricauit gubernatores qui circulis mundũ ſenſibilem complectuntur: eorumq; diſpoſitio fatũ uocatur. Connexuit inde de us uerbum ex elementis dei deorſum tenẽtibus pu rum naturæ artificium. Quid unicam Triſmegi ſti ſentẽtiam referam? cũ ſingulis pene uerbis deũ maximũ prædicet: ꝓpetuiſq; laudibus ueneretur diuus quoq; Plato qui in octaua epiſtola omnibus in rebus & dicendis & cogitandis principiũ ſemꝑ a deo eſſe faciendũ aſſerit: omnia ſua uolumina di uino ſacrauit nomine. Auicẽnas itidem in ſui cano nis prohæmio ait. In primis deo gratias agamus ſi cut ſui ordinis celſitudo & beneficii ipſius multitu do meretur. Legant quibꝰ diuina cognoſcere iocũ dum eſt: Metaphyſices huius præclariſſimi philo ſophi decimũ librũ. haud mediocrem iocundita tem aſſecuturi. Galienũ: Hypocratem: Almanſo rium cæteroſq; magnæ ſapientiæ medicos quid re feram? Qui deum modo ſublimem. modo benedi ctum: modo glorioſum haud mediocri reuerẽtia i uocant: teſtantur: adorant. Aſtrologi necnon qua rum doctrinis tantum cognitio naturalis dei & an gelorum habetur. teſte Auicenna capite tertio pri mi Metaphyſices. Deum ſummum omnium parẽ tem credidere. Audi Albumazarem dicentem. De us eſt mouens omnia ĩmobilis cuius nomen eſt be

Plato

Auicẽnas

Albumazar

nedictũ & exaltatũ exaltatiõe maxima. Libet astro logorum sententiã Virgiliano carmine uenerari.

Principio celum ac terras camposq; liquentes
Lucentemq; lunæ globum Titaniaq; astra
Spiritus intus alit. totamq; infusa per artus
Mens agitat molem. & magno se murmure miscet
Inde hominũ pecudũq; genus. uitæq; uolantum.

Vos o mundi rectores qui Romani imperii sacris legibus iura populis dicitis. quæ uestra sit de deo sententia. clara oratione pandite. Iustinianus loquatur imperator. ea quæ Codice de Veteri Iure enucleando lege prima habent. Deo auctore & nostrũ gubernante imperiũ bella fœliciter peragimus. & pacem decoram & statum reipublice sustentam. Iustínianus Imperator

Non ego philosophantiũ pricipis Aristotelis obliuiscar qui in primo Celi attestat Barbaros & Grecos omnes summũ locũ deo tribuisse. In duodecimo uero diuinæ sapientiæ inquit. Ab hoc principio. s. Deo dependet cœlum & tota natura. Cuius libri ultima uerba hæc extant. Entia uolũt bene disponi nec bona pluralitas principatuũ. Vnus ergo Princeps. Quo Principe: Diuo dicente Augusti no: nihil superius esse constat: æternus: incõmutabilis. In quo uiuimus. mouemur & sumus. Per quẽ omnia ex quo omnia. in quo omnia. ipsi gloria. Aristoteles

Diuus Augustinꝰ

Singula queq; ab hominibus. aut qui
busuis opata diuinis subesse oculis.

Cap. secundum.

DEus æternus unico actu per suã substãtiam. quæ creatarũ omnium rerum exemplar est atq; idea. cõdita ab eo cuncta futuraue intelligens: quæ semel mente cõcepit: eadẽ indeflexa acie perpetuo intuetur. Cum itaq; causa omniũ existat. eademq; ad fines dirrigat: quis eum cuncta animaduertere negare ausit? Enimuero fortunam casumq; in humanis rebus orthodoxa Iesu Christi fides concedit. sed qua ratione philosophãtiũ pater Aristoteles in secũdo phisicorum asserit. Fortuna nõ dea est nuda. cecaq;. quemadmodũ antiqui depinxere: Verũ humanus est intellectus. cui inexcogitata eueniunt. siue fælicia fuerint. siue aduersa. Cum igitur quippiam euenerit. cuius rei immediatam ignoraueris efficiẽtiam: nõ id deum optimum maximũ nescire arbitreris. Is est qui paupe res ac diuites condidit: Is imperia largitur. humiliat & subleuat: quem nulla latet cogitatio. Idem pro imcomprehensibili suæ sapientie munere peccantes. seq; prosequentes innuneris donat beneficiis: in futurum cuncta seruans occulta. Audi diuinã sapientiã hoiem factũ discipulos q̃ dulcius alloquentẽ. Non ne oẽs capilli capitis uestri numerati sũt? Et iterũ. Nõne quinq; passeres ueneũt dipondio. & unus ex illis nõ est in obliuiõe corã deo? Respicite uolatilia cœli quæ ñ serũt. neq; metũt. ne q;

Fortunã ea sumq; quo modo fides concedit

cõgregãt in horrea & pr̃ ueſter cœleſtis paſcit ea. Cũq; ſummũ ſit bonũ. ẽt crimina in ſui laudes cõ uertere nouit. Hinc diuus Auguſtinus octuaginta trium queſtionũ opuſculo ſcribit. Sũmo eni deo cuncta bene adminiſtrãte que fecit: nihil inordinatum in uniuerſo. nihilq; iniuſtũ eſt. ſeu ſcientibus. ſeu neſcientibus nobis. Adde: his ſe hac ratiõe habentibus. hominis uoluntatẽ aut angeli. ab diuina lege errantẽ emeritis ignibus in æternũ cruciandã tradi. Diuinis igitur oculis oĩa ſubſunt.

Nihil in uniuerſo eſt inordinatum

Multiplicẽ naturã ab deo fuiſſe conditã ad futuram capeſcendam beatitudinem.

Caput Tertium.

QRæter deũ. humanũq; intellectũ an alia ſit ſubſtantia rationis particeps uetuſtiſſima ambiguitas eſt. Philoſophãtiũ primi q ceco nimis lumine p naturæ admirãda opera deuagabant: nullã eſſe huiuſcemodi ſubſtantiã preter corpora arbitrati ſunt. Hi extitere. Thales Mileſius qui omniũ principium aquam autumabat. Diogenes uero aera: Ipaſus ignem: Heraclitus Vaporem: Empedocles quattuor elementa: Democritus Anaxagoraſq; partes minimas corporeas infinitas. Epicurr⁹ paulo altius mentis acie cõſcendens deos quoſdã ad hũanã effigiẽ formatos. occioſos tamẽ. quo ꝑpetuis uoluptatibus frueren⁹ effinxit. Plato his ingenio acutior ſapientiaq; eruditior. iter

Philoſophi antiq nihil eſſe preter corpora arbitrati ſunt

Epicurus

Plato

Kalodemonas

summũ deũ imperatorem ac homines plerosq; intellectus esse quos kalodemonas appellabat opinatus est. Quorum nonnulli sola diuina fruuntur beatitudine alii æternos orbes rotant: alii seruãdis rerũ naturis ꝓsunt. Dehĩc Mathematica ydeasq; ad inuenit ab omni quidem materia immunes quo rerum seruaretur generatio scientiaue. Præter hæc.

Kakodemones

Kakodemonas siue malos demones esse arbitratus est quos corpore tenui. utpote aereo: circundatos credidit. mente temporeq; æternos. Aristoteles philosophantium omniũ facile princeps. solos esse intellectus attestatur qui cælestes speras puoluũt: Totq; numero. quot mutationes in corporibus æternis animaduertit. Auicẽne. Auicebronq; sententiam referre. in presentiarum nihil nobis profi cit. Neq; has refellere positiones nra ĩteresť. uerũ easdẽ ĩ mediũ deduxim⁹. ut angelorũ ac demonũ assertiões xpiãæ religiõis figmẽta minie eẽ arbitremur. Quæ supno ꝓlustrata lumĩe. Deũ maximũ ab mũdi origĩe subsãtias pene nũeras ꝓduxisse testať. ĩmateriales qdẽ. n natura sed uolũtate malas. Harũ alteræ æterni creatoris ituitæ bõitatẽ ꝓ acceptis muneribus immortales gratias illi dixerunt: Alteræ mentis elatæ supercilio conditori suo aduersate sunt. a qua deformi tetraq; uoluntate ꝓp naturæ suæ rõnẽ minime diuelli possunt. Has comuni noĩe sacri doctores demones nũcupariũt. Quos

Aristoteles

Sẽ. ẽtia fdi

Demones

gentilitas uariis deluſa erroribus ueluti deos uene
rata eſt. His tẽpla: aras: delubra ſacraq; inſtituerat.
Q uoſq; ſuis captabant reſponſis. que ad mores
formandos conducere uidebantur. Hi Apollinis
Delphici Pithii: Mineruæ: Iouis & ſimilium nomi
na acceperunt. Hos Porphyrius philoſophus im
pio licet: Luculento tamen ſermone proſequitur.
Hos itidem aſſerere Chriſtiana ueritas longis re
rum periculis ſacriſq; litteris docentibus cogitur.
Arreptitios uidem⁹: maleficos: magos: ſtrigias nec
non quottidie intuemur. Q uorum opera negare:
nullus ſano conſilio poterit: Legimus in diuinis lit
teris Pharaonem magos habuiſſe: Phytoniſſas mi
ra efficientes. Chriſtũq; maximum huiuſcemodi
nequiſſimos demones ab humanis corporibus ex
puliſſe. Q ui deo inſeruientes: die noctuq; aduer
ſus hos preliantur q̃ facillime eos eſſe experientia
teſte conclamabunt. Eſt inter ſpiritus nequiſſimos
ordo quo alter alteri principatur alius aliũ inſequi
tur: expellit punitq;. Numerus horum ab nemine
dignoſcitur: q̃q̃ nouem ordinibus beatos maloſq;
ſpiritus cõcludi Diuo potiſſimũ docẽte Dyoniſio
ſancta mr̃ eccleſia cõteſtet. Diuine eteni aiũt lr̃e.
Millia milliũ miniſtrãt ei & ꝺcies cẽtẽa millia aſſi
ſtũt ei. Q uo grãdi nũero ignotã nũeroſitatẽ circũ
ſcribũt. Duæ igit̃ nature ſũt. hõ. ſ. & ãgel⁹ ab deo
maxĩo ad futurã capeſcẽdã beatitudinẽ condite.

Ex infinitate Diuinæ perfectionis euenire q̄ hoies p̄ suo agant iure pia uel īpia. Caput quartum.

IDmirari solent plærique cur immensa dei pietas quæ totum subdit suis orbem legi bus: hominem tam īmania scelera admit tere æquo ferat animo. Alii in deum blasfemias ir rogant alii uirtutes pessundant: calcant nōnulli sa cra cæteri se demonū ditioni tradunt. Inde Magia ars: inde malefici: inde strygiæ exorte sunt. Null' pene dei timor nulla sacrarū legum ueneratio. Hii si deū cōmunem orbis rectorē meminerint intue buntᵉ magno animi gaudio hec ab diuinæ pfectio nis infinitate effici. Etenim omnia p̄pter semetip sum operatus est dominus: qui bonus: sapiens: iu stus: patiens & misericors est. Bonitate quidē: quæ quæ ad esse ex nihilo deduxit sapientie uariū natu ræ genus effinxit. Iustitia oberrantes corrigit. Pa tientia piis luminibus sæua nimis crimina intueť. Misericordia eius est q̄ nō sumus cōsumpti. Agito igitur ut Lubet: Deū erratis insequere: Demonas uenerare: Ito ad maleficos. Sacra uirtutes necnō cō temnito. Isthec diuinā iustitiam prædicabūt eter/ nisq̄ laudibus prosequentur. Quod si dominum deum tuū dilexeris: uenerabere: coles: in te celestis effulget miseratio que te perennis uitæ participem

Crimina di uinam' præ dicabunt iu stitiam

efficiet. Itaq; minime admiratu dignum est si constans atq; indeflexa uoluntas hominum huc illucq; quandoq; uaga confugiat. Hominem inquit sapiēs Deus a principio constituit & reliquit eum in manu consilii sui. Posuit ante eum aquam & ignem: bonum & malum ad quodcunq; uoluerit manum suam extendat. Verum hæc totius opusculi ueluti primas radices: prepositisse sufficiat. Sapiens

Pars secunda qua planius fit quibus causis mediis hæc iferiora Deus administret Angelos Beatos corpora cælestia mouere eisq; omnem uirtutem imittere.

Caput Primum.

CVm Magia duplex sit. altera que siderum occulta inspectione latentibusq; rerum naturalium uirtutibus admiranda operatur: altera que demonum doctrinæ pactiōibus consiliisue inheret primaq; sit laudibus efferēda q; ab ingenii celsitudine proueniat: Longa itidē naturalium rerum animaduersione: Altera igne & gladiis sit insequenda ut pote creaturæ Diuinum honorem tribuens: quo eius nequitiam clariorem efficiam⁹ qb⁹ cāis mediis: effect⁹ quos oculoten⁹ ī spicim⁹ deus administret explanādum ē. Vna igit̄ die cū ab oriente ī occidentē oēm cælorū multitudinē uergi aptis ītueamur luminib⁹: cūq; plāetarū Magia duplex

uarius ſit decurſus qui tantarũ ſint uirtutum hæc admouentes: perquiramus. Si philoſophantiũ rationibus aſſenſeris ſiue cælos animatos ſecundum Ariſtotelis ſententiã ſiue anima carere ut catholicorum potior eſt opinio: aſſeueres: ab ſeparatis naturis pulcherrimos hos motus eſſe: arbitrabere. Etn. omne quod mouetur ab alio moueri neceſſe eſt quemadmodũ ſeptimo phyſicorum acuta ratione philoſophus probat Ariſtoteles. Cælum itaq; cũ moueat aut a ſeparata natura aut a ſe mouebitur. Q d̃ ſi a ſe ipſum tranſmutari conceſſeris animatũ cælum concludam nõ autem anima uegetante uel ſentiente igitur intellectiua. Si uero ſeparata natura cælos mouet corpoream eam eſſe uel icorporeã fateri neceſſe eſt. Si corporea exiſtit cũ corpus minime moueat niſi motum & infinitus corporũ proceſſus nõ ſit ad ſeparatam naturam deuenire cogeris eos orbes mouentem. Hanc magno examine rimatus ueritatem. Ariſtoteles illi diuinæ ſubſtãtiæ mouendi principium ſedemq; tribuit. Ait enim in ſecundo cæli: eam in oriente reſidere. Q uamobrẽ uberrimis naturæ muneribus ea regio prepollet. Poeta dicente ſceptra parens Aſiæ qua nulla beatior ora Finibus ĩmenſis uix obeunda tenet. Ibi ingens auri copia eaue ut aureos montes ibidem eſſe nõnulli aſſerant. Q uid: mulierũ quibus ardet ambitio: margaritas: Lapides pretioſos que paſſim eis

Secundum Ariſtot. ſubſtãtia orbes mouens in oriente reſidet

La9 oriẽtis

finibus adinueniuntur :refferam? Si colles: si pra
ta uirētia: si agros:fontes:flumina:urbes:omni ge
neris animantia expetas : cuncta orientis plaga pa
rit nutritq; . Q uas igitur innumeras cæleſtia cor
pora ad nos defluũt uirtutes: eas ab his rapiũt ſub
ſtãtiis a quibus itidem legibus mouentur æternis.
Hinc Diuus Gregorius in dialogorũ Libro Ter/ Diuus Gre
tio ſcribit. In hunc mundum : uiſibilium nihil niſi gorius
per creaturam inuiſibilem diſponi poteſt. Auguſti
nus necnon Tertio de Trinitate ait: omnia corpo
ra regi per ſpiritum uitæ rationalem. Itidem in Li
bro octoginta trium q̃ſtionum inquit. Vnaquæq;
res uiſibilis in mundo habet angelicam poteſtatẽ
ſibi p̃poſitam . Verum cum Angelorum quidã bo
ni quidam mali exiſtant: qui eorum tam diua p̃uol
uunt corpora? Opinantur nonnulli Origenem di Opinio ori
xiſſe ob criminum pœnas luendas: orbibus malos genis
Demonas eẽ affixos eoſq; indefeſſe mouere. Sed ſi
ue hæc ſit Origenis ſententia ſiue non: rationi mi
nime conſantanea eſt . Neq; enim credere fas eſt:
Deum optimum. quibus innumeri adſunt Mini/
ſtri uniuerſi leges eternas per impios ſpiritus ad
miniſtrare . Aut quis tam mentis inops mira hæc
omnia : Solis lucem candidiſſimam : planetarũq;
nunq̃ deficientes meatus generata deniq; omnia
malignas ſubſtantias efficere credat? Itaq; Dauidi
cum illud eulogium concludere cogor. Q ui facis

Angelos tuos ſpiritus & miniſtros tuos ignem urẽ tem ideſt diuino amore ſuccenſos.

Omnem corpoream uirtutem ab celeſtibus corporibus regi.

Caput Secundum.

Moyſes

EXimius Prophetarum Moyſes primo geneſeos capite mundi originem deſcribens: ait. Fiant Luminaria in firmamẽto cæli & diuidant diem ac noctem & ſint in ſigna ac tempora & dies & annos ut luceant i firmamento cæli & illuminent terram. Quibus uerbis nonnulli in errorem diuerterunt arbitrantes corpora cæleſtia potius ſignificare q̃ efficere. Verum hæc nulla ratione cogẽte proferuntur. Corporeum namq; ſignum omne uel eſt effectus eius cauſæ quam deſignat. ueluti fumus ab igne in altum delatus. aut ab eademmet cauſa prouenit. quemadmodum iridem futuræ ſerenitatis indicem credimus. q̃ eadẽ uirtus Iridẽ ſerenitatemq; efficiat. Cum itaq; æternos orbes hæc inferiora haud ꝓducant. neq; cæleſti natura corporea altius nobilius ne corpus exiſtat: ſigna tantum eſſe cælos aſſeuerandum minime eſt. Deſignant quidem ſed & ſimul efficiunt. Exploratum nempe eſt ſummo inuiolabiliq; ordine Deum optimum donaſſe uniuerſum. Ordo ue

Corpora celeſtia non tantũmodo ſignificant

Ordo quid

rō est ut inferiora omnia per superiora regantur: Omnis igitur corporea uirtus ab corporibus altissimis regitur. Inde hominum pecudūq; genus pictæq; uolucres: ide ægritudies: ide ubertas. Dēiq;

Hinc tempestates dubio predicere cælo
Possumus. hinc messisq; diem tempusq; serendi
Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat: quando armatas deducere classes
Aut tempestiuam syluis euertere pinum

Est Peripatheticorum principis sententia. Secundo perigeneseos. Secundū accessum uel recessum solis in circulo obliquo fieri generationes. Audisti Ethnicos: audi ueri Dei cultores. Dionysius quarto capite De diuinis nominibus ait. Sol generationem uisibilium corporum confert & ad uitam mouet & nutrit & auget & perficit & mundat & renouat. Augustinus quoq; Tertio de Trinitate inquit corpora grossiora & inferiora per subtiliora & potentiora quodam ordine reguntur. Quamobrem magi obseruant ab Demone edocti planetarū concursus aspectusq; : quos miræ uirtutis esse dignoscunt qua maleficia incantationesue facilius effingant. Dionysius

Solam humanam mentem eiusq; actiones corporum celestium imperio non subesse.

Caput Tertium.

SVnt nonnulli qui diuinorũ corporum ni
miam uim animaduertentes : humanam
mentem ab eis regi permutariq; non am
bigunt. Hi si sententiam suam exactius mente ani
moue peruoluerint animaduertent se affirmare: in
tellectum ab sensu minime differre. Quod in li
bris de Anima improbat Aristoteles. Perirent de
hinc diuinæ leges : futurarum pœnarum horror :
nec a brutis homo distingueretur. Qui sola ra
tione perpetuo perdurante æternam beatitudinẽ
assequi potis existens: cæteris animantibus princi
patur. Fatebor equidem in sentẽtiã Diui Thomæ
Diuus Thomas Aqnas Aquinatis uadens corporum complexiones incli
nationesue ab corporibus illis effici, quibus indir
recte licet nonnunq; humana mens permutatur.
Hoc idẽ Augustinus quinto De Ciuitate Dei asse
rit dicens. Non usquequaq; absurde dici potest ad
solas corporũ differentias afflatus quosdam ualere
Damascen9 sidereos. Itidẽ Damascen9 in secũdo libro inquit.
Alii & alii planete diuersas cõplexiões & habit9 &
dispositiões i nobis cõstituũt. Ex qbus Diu9 Tho
mas recta argumẽtatiõe cõcludit corpora cælestia
ad itelligẽtiã idirrecte tãtũ opari. Hac rõne medi
Medici quomodo de pfectiõe itellectus iudicent Ptholome9 ci ex corporis cõplexiõe itellect9 pfectionẽ diiudi
cãt. Hac iterptatiõe Ptholomei uerba in cẽtiloqo
sunt itelligẽda dicẽtis. Cũ fuerit Mercurius i nati
uitate alicui9 i aliq; domo saturni & ipse fortis i eẽ

ſuo dat bonitatem intelligentiæ medullitus in rebus. Conſiderato altiorem rationem propoſitum exactiſſime explanatem. Quecuq; ex corporum cæleſtium impreſſione eueniunt: ea naturaliter cõtingunt. Itaq; ſi hominum opera a cælo defluere affirmaueris: propoſitum. quod eſt immediatior cauſa humanarũ ellectionum auferes: ſolamq; naturam concedes. Quæ ſententia Chriſtianæ ueritati nedũ Peripatheticæ aduerſatur. legito Ariſtotelem in ſecundo phyſici auditus iſthæc eleganti? diſputatẽ. Quapropter Deus hominẽ admonet dicẽs. Næ forte eleuatis oculis uideas ſolem & Lunam & cuncta q̃ fecit Deus in ſeruitium cunctis gentibus. & adores ea. Et itẽ. A ſignis cæli noli te metuere: q̃ gentes timent. Cum igitur o homo quiſquis es in peccata ruis: Deum contemnis: ſancta pcalcas: te reum ſolum cognoſcito. Fatere tua tantum iniquitate te aberrare. Si carnis impetum cœlo urgente. ĩ medium deduxeris: reminiſcere tibi rõnẽ ineſſe q̃ p̃ tuo opabere ĩperio ſi uolueris:

Sol9 homo peccans culpandus eſt

Diuinam Caritatem humanis mentibus infundi qua ſupra humanas uires operentur.

Caput Quartum.

CRriſtus maximus euangelii ſui ſplendore orbem illuſtrans homines q̃ efficaciſſime hortatur quo cæcas caducaſq; huius

ſæculi diuitias cõtẽnãt. Neq; iſtabilia ẽorpis cõmo
da uerũ aiæ ãplectant. q̃ ſola nobis ſummam affe
runt fœlicitatem. Conſulit cælibem uirgineamq;
uitam: paupertatem: ieiunia: carnis caſtigationem
demandat. Dicet hominum quiſpiam deum allo
quens. Cur o ſapientiſſime deus tantũ mihi oneris
imponis. quem ex luto formaſti: carne circũdatũ
innumeris infœlicitatibus ſubieciſti? Suades cõti
nentiam: carnis neceſſitate cogor impudititiam ſe
qui. Optat die noctuq; mea imbecillis natura deli
catiores cibos: induměta reliquaq;. Equidem o ho
mo tuas rationes plurimi facerem. ni caritatem ele
gantiſſimum ac cæleſte munus me rogantibus im
mitterem. Quæ tantipendenda eſt ut hac defi
Paulꝰ Apl's ciente nihil cætera ſint: iuxta Apoſtoli Pauli ſen
tentiam. Si linguis hominum loquar & Aũgelo
rum: caritatem autem non habeam nihil ſum. Ca
ritas patiens eſt: benigna eſt: non emulatur: non
agit perperam: non eſt ambitioſa: non inflatur.
Omnia ſuffert: omnia credit: omnia ſperat: om
nia ſuſtinet. Legito antiquas hyſtorias quibus per
diſces totum orbem caritate deficiente. quæ om
nium uirtutum pulcherrima eſt nobiliſſimum inq̃
animæ decꝰ nefandiſſimis criminibus inuolutum.
Scythe Humanis carnibus ſcythæ ueſcebantur. Maſſage
Maſſagete tæ ac Derbices: affines ſenectute cõfectos: infelici
Derbices

morte expiabant. Tibareni uiuos ſeniores ſuos: ꝑcipitare conſueuerant. Alii impiiſſimis coniugiis matres cognoſcebant. Exploſa eſt undiq; hæc truculentiſſima peſtis: mores inſtituti: reddita iuſtitia: tacent Demonum oracula: Caritate per mundum ab Criſto diſſeminata. Legimus eruditiſſimos uiros: milites illuſtres: pueros ingenuos: puellaſq; nobiliſſimas: parentibus peſſundatis: Criſti caritate ſautios: mortem periocunde ſubiiſſe. Omnem rerum temporalium iocūditatem: Diuina ſuperat caritas qua uigiliæ: carnis mortificatio: ſolitudoq;: dulcia homini ſunt. Loquant' qui de huiuſcemodi: pericula multos per annos effecerunt. Hoc illuſtre diuinūq; mun' q̄diu menti ineſt humanæ iter pris matriſq; carneum amorē gladiū bis acutū ſtatuit. Quod dogma: Criſti non meū eſt. Audi illum dicentem. Veni mittere in terram nō pacem ſed gladium. Veni enim ſeparare filium aduerſus matrē. Qui diligit patrem aut matrem pluſq̄ me: non eſt me dignus. Quā igitur impiū eſt ubi adoleſcētem conſpicimus: ſubeundæ religionis gratia conſtantiſſime lacrimas matris intuētē: diuitias: mūdi oblectamenta calcantē: eū maleficiis ægrū aſſerere. Iam annus ſextus ſupra milleſſimum & quingēteſſimum eſt quo humanum genus Criſto operante hæc admiratur. Sed iam acie compoſita iactiſq; fundamentis: maleficos aggrediamur.

Tibareni

Iocūdiſſimū omniū eſt diuīa caritas

Tertia Pars qua De Malefitiis pertractatur.

Multiplicia esse malefitia Caput Primum.

Magi

VI Demonum societatem ineunt: Magi: Diuinatores: Sortilegi: aut malefici nuncupantur. Hii legibus pontificiis Imperatoriisq; puniuntur. Magi sunt qui uulgo malefici ob facinorum magnitudinem appellari solent. xxvi. q. v. nec mirum. Hi imagines formare norunt a quibus responsa de furtis aut aliis huiusmodi accipiunt. Sciunt impiissimos Demonas euocare: quos alloquunt: quibus precipiũt ab eisue docentur. Hæ neq; apparitiones tantum imaginatæ existunt. que ubi humani sensus ligatur naturale iuditiũ: solum eueniunt: uerũ eos qui sensu libere utuntur. hæc pati: exploratum habemus. Pandunt nõnunq; occultos thesauros: Futura nuntiant: atq; alicuius scientiæ ueritatem edocent. Effingũt statuas: q̃ inanimatæ p̃ se moueri ferunt: uoceq; promere. Audi Diuũ Augustinũ octauo de ciuitate Dei: Hermetẽ refferẽtem. Deus sicut effector ẽ Deorũ cælestiũ. ita homo fictor est Deorũ q̃ i tẽplis sunt humana ꝓximitate cõtenti. Statuas dico animatas sensu & spiritu plenas tãtaq; faciẽtes.

Magorum opera

Hermes

& talia: ſtatuas futurorū preſcias de ſomniis & multis aliis reb⁹ predicētes & imbecillitates hominib⁹ facientes eoſq; curantes triſtitiam letitiamq; dantes pro meritis: Hæc Hermes. Maiora his pharaonis Magos fuiſſe operatos diuinæ teſtant litteræ. Lōgū eſſet ſingula horū operata pcurrere. At nūc de diuinatoribus loquendum eſt. Diuinatio que a perſis iuenta fert nunq̄ in bonā partē ſonat: ſacro teſte canōe prima. q. prima. nunq̄: Q uæ Hieronymi eſt ſentētia ſup micheam ſcribentis. Diuini igit ſunt q effectus a cāis nō neceſſario agētib⁹ ſiue ut ī plurib⁹ ſed ad utrūlibet (ut peripathetico loquar more) temerarie predicunt. Hinc Iſidorus. Diuini dicti quaſi deo pleni. Diuinitate. n. ſe plenos ſimulant & aſtutia quadā fraudulentiæ: hominibus futura cōiectant. Eſt itaq; diuinatio omnis cultui diuino aduerſa ſuperſtitioniſq; ſpecies. Namq; q demonum ſuffragia quocūq; modo pquirit: aut eoſdē inuocat: ſupſtitioſus ē. Diuinationis uariū eſt gen⁹: Aliud preſtigiū dicit: quod euenit ubi euocati demones. præſtigioſis qbuſdam apparitionibus ſe aſpectui atq; auditui hoīum ingerūt ad futura prenūtianda. Ea &. n. in re: oculi quodāmodo preſtringūtur. Aliud genus: ſomniorū diuinatio nuncupatur Aliud nigromantia. que quibuſdam precantationibus (ut Iſidoro placet) ſanguine adhibito ab mortuis reſponſa pcipere docet. Alia eſt per phytones

Diuinatio

Diuini qui ſint

Iſidorus

Diuinatiōis uariū gen⁹ Præſtigium

Somniorū diuinatio Nigromantia

Phytones Arreptitii

& Phytoniſſas ac arreptitios diuinatio. Phytones a Phytonio Appolline dicti. q̄ eis auctor fuerit diuinandi. Alia p̄ figuras & ſigna que inanimata circunſtant: efficitur. Sumitq̄ nuncupationem diuerſam ſecundū elementi naturam in qua caracter exiſtit. Alia itaq̄ Geomantia dicit̄ que in terreo uaſe aut corpore liue expolito lapide: occulta auguratur.

Geomātia

Idromētia Aeremātia Pyromātia

Idromantia quæ ī aqua: Quæ in aere: aeremātia. Pyromātia que in igne. Hæc tantū diuinationum quattuor genera: Varro Romanorū eruditiſſim⁹ credidit.

Aruſpitiū

Aruſpitiū uero: animaliū eſt ab gentiliū ſacerdotibus īmolatorū per uiſcera uenaſq̄ p̄quiſitio.

Auruſpices

Auruſpices nuncupant̄ quaſi horarū inſpectores. Dies. n. & horas in agēdis negociis operibuſq̄ cuſtodiunt.

Arioli

Arioli uocati ſunt propterea q̄ circa aras idolorū nepharias preces emittūt̄: & funeſta ſacrificia offerūt hiſq̄ celebritatib⁹ demonū acci piūt reſpōſa. xxvi. q. v. igit̄. Hos nōnulli īſequunt̄ qui occultiori demonū iuocatione: latentia dignoſcere temptant.

Geneatici

Alii Geneatici appellantur. q̄ ſitus motuſq̄ ſyderum animaduerſione: futura preſcire conantur. Non his uerbis: aſtronomiam que uere ſcientia eſt: impetimus. Verum Aſtrologiæ ſupſtitioſum genus diſciplinæ inter diuinos aſcribimus.

Augures

Nonnulli augures ab auium garritu appellantur: qui uolucrum brutorumq̄ uoces: hominum ſternu

tationes ac gestus obseruant. Omen est cum quis uerba quorumcunq; fortuito prolata ad futura cognoscenda retorquet. Inde apud Valerium legim⁹ Romanis deliberãtibus utrum ad alium locum migrarẽt. forte ¦ cẽturio qdã exclamauit. Signifer sta tue signũ hic optime manebimus. Q uã uocem ꝑ omine acceperunt: transeundi consilium omittentes. Chyromantia manuũ liniamentis: spatulamantia caracteribus in spatula animalis adinuentis: augurantur. Diuini hi omnes uocitantur. qui a magis distant. q̃ nefandissimos demonas apertissime soleant magi euocare. diuini uero latentius occultamq; tantummodo cum eisdem ineãt amicitiam. Sed iam de sortilegis loquamur. Sors aliquid mali ex sui natura non est. sed res humana dubietate diuinam iudicans uoluntatem teste canone. xxvi. q. prima. Sors. unde sortes exquirere secundum sui rationem crimini non ascribitur. quemadmodum exemplis & auctoritatibus canones Pontificii probant. xxvi. q. prima. Q uod autem. Prohibeꝛtur tamen fidelibus ne sub spetie diuinationis ad antiquos Idolatriæ cultus redeant. Ea propter in malum sortilegi nomen diuertit. Sortilegi enim dicuntur. xxvi. q. prima. Sortilegi. qui sub nomine fictæ religionis ꝑ quasdam: quas sanctorũ seu Apostolorũ uocant sortes; diuinatiõis sciam profitent

Omen

Valerius

Chiromantia

Spatulamãtia

Distãtia inter magos et diuinos

Sors

Sortilegi

aut quarũcũq; ſcripturarũ inſpectione futura pro
Sors illicita multipliciter fit mittũt. Fit uero ſors illicita multipliciter diuo tho
ma Aquinate refferente. Quandoq; quidem ꝑtra
ctione punctorum quod pertinet ad artem Geo
mantie: exercetur. aliquando per conſiderationem
figurarum quæ proueniũt ex plumbo liquefacto
in aquam proiecto: nõnunq; ex quibuſdam cedulis
ſcriptis uel non ſcriptis in occulto repoſitis. dũ cõ
ſideratur quis quam accipiat. uel ẽt ex feſtucis ine
qualibus propoſitis quis maiorem uel minorẽ acci
piat. uel taxillorum proiectione quis plura puncta
proiciat. uel etiam dũ conſideratur q̃d aperienti li
brũ occurrat. Quæ omnia ſortium nomẽ habẽt.
Hæc Thomas. Verum ab pontificiis legib⁹ licet
ſors prohibeatur: eedem tamẽ tẽpore neceſſitatis
in libris diuinis ꝑmiſſa oratione Dominica uel alia
ſortes uidentur cõcedere. xxvi. q. ii. hi qui. & capi
tulo ſequenti. Non exemplo. Animaduertendum
uero eſt apud ſacros canones. Magos: Maleficos
diuinatoreſq; ſortilegos appellari. xxv. q. v. Non
licet. Qui ſeruant conſtellationes ſortilegi di-
cuntur. xxvi. q. ii. Admoneant. Infirmantibus
carmina ſortilega nihil proficiunt. Hæc De ſor
tilegis ſuccinctius dixiſſe uoluerim. q; ſuſcepto
muneri parum officiant. Nunc Maleficos malefi-
caſq; latius aperiamus. Maleficos quos ſancta Ro
mana eccleſia ignib⁹ adiciẽdos ꝑ Epiſcopos aut iq̃

ſitores ſæculi pricipibus tradit. Trifariam diuiſos eſſe compimus. Alii Deum Maximū ea que uiden tur cōdidiſſe negant: aut gradus maioritatem ī di uinis perſonis aſſerunt. ueluti Arrius eiuſq; cōpli ces: ſiue ſacras negant ſcripturas: aut Chriſti Ieſu Diuinam humanamq; naturam ſuis erroribus inſe quuntur uel ab Romanæ Eccleſiæ clariſſima ueri tate: obſtinatiſſimis mentibus oberrant. Hos here ticos proprio nomine dicimus orthodoſæ fidei ho ſtes. q̄q̄ nullum cum malignis ſpiritibus aliquādo habuerīt fœdus. Q uā uero diuerſæ fuerīt hereſes diſcito ab iure Pontificio. xxiiii. q. tertia. Q uidam autē heretici. Eos itidem Romani pontifices. qua preſtant auctoritate ſup mundi pricipes: perſequū tur. Caſtigant primū Apoſtolorū clauib⁹: dein for tunæ naturæq; bona eis mādant auferri. Alii noua excogitātes figmēta neq; diuinarū Litterarū aucto ritati patētius aduerſantes: ea quæ Dei optimi Ma ximi potentia pro ſui īmenſitate efficere poteſt. fa ciet aūt nunq̄: produxiſſe aſſeuerant. Sat erit (quo cætera conticeam) eorū meminiſſe que in hac no ſtra urbe Mediolanenſi euenere Anno ab ſaluato ris fœliciſſimo ortu trecenteſſimo ſupra Milleſſi mum Matheo Vicecomite Mediolanenſis impe rii ſceptra tenente. Ea itaq; tempeſtate Gulielma mulier fuit: ſpiritum ſanctum in ſexu femineo: in carnatum ſe conteſtans. Hec in Latibulis ſacra mi

Maleſici Trifariam diuiduntur

Heretici

Alii

Gulielma ſe ſpiritum ſanctū affir mans

niſtrans: feminas ſacris initiabat. Vſq; adeo opinio ne apud uulgum preſtitit. ut humanis uale faciens Diua diceretur. Illi natalitium diem dedicarant: ſa cellum: altare: Andreas quiſpiam omnium crimi\num conſcius. Euangelium ab ea editum ac epiſto lam ad nouarienſes cõſcripſit. Cuiuſdam ciuis Me diolanenſis īmania hæc ſcelera in lucem prodiere atq; Fratrum prædicatorum īdefeſſa ſollicitudine radicit⁹ euulſa Exhumata fuit illa impia Diua una q; cum Andrea complice emeritis ignib⁹ tradita. Edocebat itaq; nequiſſima mulier quod Deũ Ma\ximum: efficere poſſibile eſt: Faciet autem nunq̃.

Spũſſanct⁹ carnẽ aſſu\mere põt

Negant minime ſacri Doctores ſpiritum ſanctum carnem etiam femineam aſſumere poſſe: quemad modum uerbũ marem aſſumpſit: quin & brutum quoduis quamlibet diuinarum perſonarũ ſibi uni re non implicat. Diſputant ueritatem hanc Diui Theologi tertium ſententiarum explanantes. Tho mas Aquinas necnon celeſti illo ſuo ingenio in ple riſq; locis Exactiſſime: idem proſequitur malefico rum. tertium genus eſt: aduerſum quod aciem in\ſtruimus. uirorum ac mulierum conuentus: quos

Strige Lamiæ Strigones

Demones admiranda edocent. Strigæ. Lamiæ ac ſtrigones uulgi cenſentur nomine. Hi primũ. Dia bolo ſuadente. Criſtum ac ſanctum abnegant bap tiſma: crucem pedibus calcant: ſanctiſſimæ eucha riſtiæ latentes digitis inferunt calumnias. Nubũt

mulierculæ Diabolo. quibus pro suo abutitur im perio. Hi ante ecclesiasticum iudicem constitutæ: mira fatentur. Loca adeunt siluestria: tum ab De mone latæ: tum pedibus eo concessæ. Ibi choreas magno plausu. uiri Demonesq; passim feminis mi xti: deducunt. Venerea nimia oblectatiõe experiũ tur. Conuiuantur: cõcinunt: mutuo fabulantur. ac quampiam alto residẽtem Throno ueluti Reginã adorant. Docet ea princeps mederi atq; ignotis egritudinibus suffragia præstare. Quamobrem haud mediocri prosequenda admiratione operan tur: quæ sequenti capite planius faciemus. Igitur siue huiuscemodi hominum genus illudatur: siue il lusionibus admixta rerum pericula perpetiatur. quod rationi ac experimento magis consentaneum est: apertissimas cum demonibus pactiones habẽt. Quorant q hæc uana fictaq; iudicauerint, processus totis Christiani iperii finib⁹ apprime notos: quos ui ri eruditissimi: oĩum uirtutũ genere preclarissimi: reis narrantibus composuere. His minime assen tiant. qui Demonas impiissimos quos parens om nium alto nimis donauit ingenio. Longa callẽtes rerũ prudẽtia: eẽ nequaq; opinãtur. Verũ quot ma leficorũ speties audisti: totidem esse maleficia arbi trare. Sed iam quæ admiratu digna tales efficere queãt aggrediamur necesse est.

Mira q̃ ma lefice exp e riuntur

Maleficia egritudines causare humanamq; imaginationem posse immutare.

Caput Secundum.

Dicturus quanta maleficis artibus fiant. Primum quid circa insensibilia efficiant: dehinc circa homines: Demum pstigia mirasq; delusiões. breui nimis sermone: percurrã.

Opera Maleficaꝝ.

Itaq; animaduersum est maleficarum carminibus fulgura cælo cecidisse aera uento nimbisue ferbuisse: imbres: pruinas: grandinesq; genitas. quib⁹ terræ nascentia perdiderunt. Neq; uiri eruditi ea uelut somnia negant. qui. grandi auctoritate. malos demonas super hæc inferiora præcellere norunt. Acutis rationibus sacri testantur doctores. Demonas nequissimos elementa posse immutare: modo uniuersi ac totius naturæ ordo perseueret q Dei principis unico subest imperio. At sequenti capite hæc eadem latius explanabuntur. Verum suis ueneficiis homines q̃plures maleficas neci tradidisse constat. Pueros puellasue modo ui modo medicaminum appositione: occidunt. Valent nõnulle earum solo ituitu. tenerrima infantum corpuscula inficere uitiata malignaq; oculorum acie medium aera corrũpẽte teste diuo Thoma Aq̃nate remini scere Virgiliani carminis. Nescio quis teneros ocu

Demonum potentia

lus mihi fascinet agnos. Dein nonnulla compone re norunt que ubi quiuis ebiberit in maciem paula tim tendit sensus ebetes fiunt atq; amentiam inci disse uidetur. Hos maleficiatos uulgus appellat. Neq; medicorũ quispiam eadem dissoluere nouit. qui tamen harum opitulatione ac suffragiis pristi næ redduntur saluti. Ferunt hereticæ prauitatis in quisitores maleficorum quosdam: pulueres aliquã do contriuisse. quibus in homines diabolica aucto ritate proiectis die ab impiis prestituto: animam exalabant. Sepenumero homines ad illicitos amo res impiaq; odia excitare noscuntur. Prohibent nonnunq̃ licitos coniugatorum amplexus: modo corporum frigefactione: modo inter coniuges iur giis concitatis. aut genitalium interiori uirtute cor rupta. Quæ omnia q̃tum diuina iustitia propter humanæ naturæ nefandissima scelera permittit de monum cura eueniunt. Q d̃ itidem minime hæc impossibilia existãt: planius faciemus. At prius de lusionibus inauditis prestigiisq; patefactis. Impii spiritus capitis humani altius naturam intuentes: imagines oculis: comuni sensuũ potentiæ aut co gitatiue qñq; ĩmittũt siue ab natura suis loculis ue luti in thesauro reconditas ad cogitatiuam euocãt. quibus ea que nõ sunt: homo se oculotenus perspi cere arbitratur. Quemadmodum in somniis cõtin git in quibus pene semper error est q; rei imagi-

Maleficiati

Delusiones Maleficarũ

nem: rem ipsam: dormientis intellectus opinetur.
Quãobrẽ poeta facundo carmine dixit.
Hæc se carminibus promittit soluere mentes
Quas uelit: asst aliis duras immittere curas
Sistere aquam fluuiis & sydera uertere cælo
Nocturnosq; ciet mane mugire uidebis
Sub pedibus terram & descẽdere montibus ornos

Naso itidem ait.

Illa reluctantem cursu deducere lunam
Nititur & tenebris addere solis equos
Illa refrenat aquas obliquaq; flumina sistit
Illa loco syluas uiuaq; saxa mouet
Per tumulos errat: sparsis discincta capillis
Certaq; de tepidis colligit ossa rogis
Deuouet absentes: simulacraq; cerea fingit
Et miserum tenues in iecur urget acus

His itaq; imaginibus oculos menteſq; maleficorũ impiissimi Demones illudunt. Credimus ut plurimum admiranda quæ antea enarrauimus Demonas prestigiis efficere q̃q̃ experimento rationiq; mirum in modum par sit: eadem rebus ipsis quandoq; euenire. Eapropter maleficorum nonnulli in uarias animantum naturas transmutari uidentur. Est item aliud delusionis gen⁹. Nequissimi namq; spiritus ex subtilibus elementis: corpora nõnunq̃ effingunt quibus se hominibus uisibiles præbent.

Demonum delusio p effictionẽ corporum

Si Christū Iesum ab Diabolo in desertum deductū ut temptaretur: altius excogites: humanam spetiē tunc īduisse asseuerabis. Diuo itidem Antonio uillissima ethiopis pueruli forma: fornicationis spiritus apparuit. Innumera sanctorum gesta: hæc attestātur. Etenim uiris sanctis: Demon sub bruti: aut hominis effigie insidiari solet. Beatos autem spiritus corporibus fictis uisibiles se effecisse sepenumero diuinæ perhibēt littere. Igitur uarias rerum formas Demon indutus maleficas illudit: alloquitur eruditq; Venerea simul exercet non eo oblectatus crimine sed eisdem tutius laqueos parans suamq; effundens nequitiam erga genus humanum: quod ad futuram nanciscendam beatitudinem illo expulso. Deum Maximum condidisse nouit. Hinc incubos sucubosq; spiritus neq; aliquando leges. Verū næ huiuscemodi absq; ratione nos scribere arbitreris talia tantaq; Demonas operari posse atq; in cūctis maleficiis eorū adesse nequitiā cōprobemus.

Diuus Antonius

Incubi sucubiq; dæmōes

In cunctis maleficiis Demonum adesse nequitiam.

Caput Tertium

QVm omnem effectum in propriam causam referri necesse sit quæ ab maleficis efficiuntur mira. aut ab Deo sunt

ueluti miracula quæ in diuinis libris perlegimus uidelicet solẽ immotum persistere qui rapidissimo gressu a summo cælo egreditur legeq; perpetua regreditur: Mare iter siccum hominibus prebere: ualidissima mœnia uerbo solo equare: cecos uidere: mortuum pristinæ reddi luci: siue alia inquirenda erit producens uirtus. Minime fatendum est. Deũ istec admiranda maleficia a quibus immania crimina originem trahunt efficere: dicente Apostolo: Quæ conuentio luci ad tenebras? aut quis consensus Christi cum belial? At neq; beatissimi spiritus q æternis ignibus sunt succensi: quæ tantummodo Deum optimum uelle dignoscunt ea: inexcogitata iocunditate perficiunt. Hoc præcipuum Christiani splendoris oraculum altissimi ingenii philosophus Aristoteles duodecimo diuine sapientie libro: natura duce conscripsit. Mouet inquit primum rerũ principium ut amatum. Intuẽtur itaq; sanctissimi spiritus nimio gestientes gaudio diuinam naturam: cuius adsunt fidissimi ministri cuncta in diuinos amores quantum conari queunt deducentes. Quomodo igitur maleficia producent? Quã obrem peripateticorum nonnulli hos omnes effectus ad cælestes orbes humanumq; refferunt animum. Verum rectæ rationi hæc sententia aduersatur noscq; inextricabilibus si ueri quipiam illi ine

Neq; deus neq; beati spiritꝰ maleficia efficiũt

Improbatio sententie peripateticorũ de maleficiis

rit:conuoluit laqueis . Nempe propria rationalis naturæ opera:ut eſt ad latentia uiuis uocibus re\ ſponſa præſtare:haud quaq̃ cæleſtia corpora pro ducere ualent.quæ plærunq; in his quæ exercent mirabilia comperiuntur: quemadmodum præfa\ ti ſumus.Corpora igitur æterna:efficax cauſa ma leficiorum minime eſſe poſſunt . At neq; humana mens quæ ſuper elementa: non ea præſtat auc\to ritate qua eis imperet : permutetq; Diuus Tho\ mas Aquinas cuius dogmata mira ueneratione ſancta Romana Eccleſia proſequitur.in tertio cõ tra gentiles plurimis argumentationibus : hæc ea dem comprobat:atq; grata dicendi copia lucecla rius exprimit . Docet Diuus præceptor Malefico rum barbaras frendenteſq; uoces : quibus in hiſce operandis utuntur non eam uim habere . Docet figuras caracteresq; nullius actionis fore princi\ pium. Verum quæ mulierculæ latentibus herba rum ſiue radicum aut cuiuſuis rei naturalis obſtru ſa intimaq; uirtute exercent admiranda ab nequiſ ſimis ſpiritibus eas didiciſſe perſpicuum eſt . Quis nempe tam ſenſu hebes ut omnium littera rum ignaram mulierem:naturæ inſciam : experi\ mento carentem illa uniuerſi archana depræhen diſſe ſuo ingeniolo arbitretur ? Legito celeberri\ morum naturalium uolumina : Legito præclariſſi

mos medicinæ codices: altius eorundem singulas litteras nedum apices contemplare: nullibi tanta ac talia comperturus. Nequeunt totis conati uiribus uel guttulam ab nube suis medicaminibus eripere. At nimiis aquis grandinibusq; : femina Demonis euocatione nonnunq̃ agros fructetaq; deuastasse comperies. Cæterum quonam pacto imaginationem hominum immutare queant maligni spiritus: accipito. Imaginatæ apparitiones ex locali corporeorum spirituum sæpenumero efficiuntur teste Aristotele in libro de somno & uigilia. Ait nanq; causam apparitionis existere in somnis: ꝙ descendente plurimo sanguine ad principiũ sensitiuum una descendant impressiones relictæ ex sensibilibus: que ab natura suis loculis recondun\tur. Est interdum uehemens spirituum motus ac humorum ꝙ eedem apparitiones etiam uigilanti\bus eueniant: ueluti in frenesi laborantibus intuemur. Itaq; quod nature ui ab humorum tumultu prouenit: idem excellentius siue boni siue impii spiritus quorum imperio natura corporea secun\dum loci permutationem subiicitur producere ualent. Norunt alto ingenio. quibus rebus ea uis sit insita. Quam maleficos nequissimi Demones edocent. Neque rationi par est quemadmodum paulo ante diximus neque sapientus ullus affirmare au\

Quomodo Demões humanam imaginationẽ imutent

sit: mulierculam grandi naturæ examine huiusce modi occulta comperisse. Suspecta igitur est fæmina omnis tãta & talia perficiens ac ueluti ab demone docta: maturius examinanda.

Ab Iudeis aut his qui Christianam fidem abnegarunt: malefi cia pene semper fieri

Caput Quartum.

AGe: ostendito quo hominum genere medio improbi demones: tam immania scelera exerceant. Iudeos hos pene semper esse aut Christianam ueritatem professos ratione ac experimento erudimur. Enimuero Iudaicus populus is est quem ab initio deus dilexit ac fouit. Hi circonciſi Abraam sancta descenderunt ex stirpe & notus retroactis sæculis apud Iudeam tantũ deus. Hi signis ab pharaonis seruitio educti: Rubrũ mare deserta petẽtes sicco pede transierunt. Hi soli legem Dei uiuentis digni fuerunt accipere: uocẽ dei loquẽtis audire. Quid longa uerborũ perifraxi moror? Ex Iudeis traxerunt Prophetæ originẽ: Apostoli. Christus Maximus diuaq; mater. Verũ q christiana ꝓfessiõe cẽsent populus ẽ acqsitiõis: gẽs

Laus Iudeorum

La9 cristiãorum

ſancta: regale ſacerdotium: Diuino tãtũ addictus cultui cæleſti ablut⁹ baptiſmate: Dei myſteria manibus contrectans: atq; in ianuis æternæ heredita tis commorans. Quamobrem nequiſſimi ſpiritus ab his uenerari uehementiſſime optant. Legito diuinas litteras quibus intelliges Iudaicam gẽtẽ alienos deos frequentius coluiſſe: Dei p̃cepta paruipẽ dẽtes. Reminiſcere diabolum Criſto dixiſſe. Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me. Abteneris deinde (ut greci aiunt) unguiculis pſalmos ac prophetas didicerunt: quorum nonnunq̃ carmini bus Demones ad tam mira operanda: utuntur. Miſcent ſancti ſpiritus oracula ſuis impiis uociCur mulieribus frequentius demonutatur bus caracteribuſq; quo uerſipelles eorum aſtutiæ lateant. Eadem ratione Criſtianos peroptant ac potiſſimum mulierculas q̃ ad laſciuiam ſint procliuiores ac facilius illudantur proimbecilli fæmineo ſexu. Vbi quempiam in ſuam traxere ſententiam iubent Criſtiana quequæ ſacramẽta illico eũ abnegare: in Criſtum maledicta proferre quemadmodum ante Romanæ eccleſiæ iudices hii homines conſtituti: fatentur. Si totos Criſtiani imperii fines perluſtraueris: hæc hereticorum inquiſitores atteſtari dignoſces. Efflagitant impiiſſimi ſpiritus ab maleficiis qui cæteris Criſti cultoribus paſſim admiſcentur Criſtiana myſteria quibus proh ne-

phandiſſimum ſcelus ut præfatum eſt obſcenis in
uoluunt rebus. Cur candidiſſime lector admira
ris? Qui ab impiis crucifigi uoluit a malis in eccle
ſia ſumi immenſa pietate ſancta ſua peſſundari ſi
nit. Neq; diuinæ maieſtati aliquid inferunt quod
non in ſui perpetuas laudes tandem Deus opti\
mus conuertere norit. Hæ igitur ſunt mulierculæ
quæ litterarum ignaræ rerum naturas minime lon
gis periculis expertæ occultis ægritudinibus me
dentur. Norunt ab Demone doctæ medicamini\
bus ita humanos turbare ſpiritus ut in amores aut
iras mirum in modum excitentur. Aduerſarius no
ſter diabolus cui mille nocendi artes: circuit ſem
p querẽs quẽ deuoret. Animaduertit illo ſuo inge
nio quorumlibet carnis affectus uotaq; ſignis intel
ligit. Eapropter ab Deo Maximo optimoq; huma
nam mentem modis inexcogitabilibus diuertere
quæritant. Diuina ſapientia hæc euenire haud qua
q̃ prohibet: hæc piis inſpicit luminibus quo & in
nocentes probentur iuſtitiamq; ſuam manifeſtio\
rem oportuno tempore: tãdem efficiat. Veruenim
uero non ego ipſe crediderim quemq̃ malefico\
rum quibuſuis medicaminibus nimio tumultu hu
manos ſpiritus miſcentibus Deum maximum op
timumq; ab recta uiuendi norma diuelli permitte
re: ni propria aut parentum crimina id exigant.

Nemo ab re
cta uiuendi
norma ma-
leficiis diuel
lit ni pp p
pria aut pa
rẽtũ crimia

Vt est illud euangelicum. Quis peccauit hic aut parentes eius ut cecus nasceretur. Nihil tamen apud Deum impossibile est: multaq; eueniunt ut manifestetur gloria dei.

Pars Vltima qua probatur ab Christiana ueritate omnino alienum esse asserere quemuis maleficiis ad religionem cogi quamuis oppositum Deo permittente eueniat.

Religionem solum diuinum munus esse.

Caput Primum.

Iissimo orbis actori: qui soli⁹ suæ perfectionis gratia. bonorum nostrorum haud quaq̃ indigens: Cunctaquæ oculis aut mente conspici possunt cõdidit. Ea omnia pri⁹ diuinæ substantiæ ratiõe: inereãt. quamobrem Idea siue exemplar rerum creatarum Diuina existit natura. Apostolo Iohanne dicente. Quod factum est in ipso uita erat. Itaq; cum esse: creata accipiunt: quasi ab

creante essentia distare inceptant. Religandæ igi tur sunt mentes nostræ diuino principio: cui antea q̃ efficerentur cõiuncte erant. Hoc enim pacto ad locum unde exeunt flumina reuertentur. E nimue ro nexus hic: religio est (diuo Augustino dicẽte) Religet nos religio uni omnipotenti deo. Verum Religionis duplex est acceptio: una nominis insti tutionem primariam consequitur: qua religionem dei cultum dicimus. Hinc cicero inquit. Religio est quæ superiori cuidam naturæ quam diuinam uocant: curam cerimoniamq; affert. Hac ratiõe qui cunq; sacro fonte abluti debitam deo latriam uene rationemq; persoluit religiosus est. At cum deus non solum fide colatur: uerum spe & caritate: ope ra quæq; caritatis: religionis esse dicuntur. Est Ia cobi apostoli trita sententia. Religio munda & im maculata apud Deum & patrẽ hæc est uisitare pu pillos & uiduas in tribulatione eorum & immacu latum se custodire ab hoc sæculo. Altera igitur re ligionis acceptio extat qua sæculi delitias quis per calcans diuino se cultui addicit: piis actionibus aut contemplationi deseruiturus. Huius obseruandæ gratia inumera cænobia instituta tẽplaq; erecta sũt: Heremi deductæ coloniæ: q̃tenus deo optimo ma ximo pacatissimis animis hoies icũbere ualeãt. scri bit Paulus ad Thimotheũ. Nemo militans deo im

Religionis duplex acce ptio Cicero.

Iacob9 apo stolus

plicat ſe negociis ſæcularibus ut ei placeat cui ſe probauit: Moriũtur huiuſcemodi homines ſæculi uanitatibus. ſoli deo q̃ iocundiſſime uicturi cæli\ bem uitam profitentur quoniam qui cum uxore ẽ ſollicit⁹ eſt quæ ſunt mundi quomodo placeat uxo ri & diuiſus eſt. Diuitias abiiciũt: ſpiritus pauperta tem deo uouentes & enim fallacia diuitiarum ſuffo cat uerbum & ſine fructu efficitur. Heu quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames: Vidi ip ſe ingenti ſauti⁹ uulnere diuitias in malum domini ſeruatas ut lacrimis fluentib⁹ exclamare cogerer. Impoſſibile eſt diuitem intrare ī regnum celorum demum omnem ſollicitudinem in deum proiicien tes quoniam ipſi eſt cura de nobis uotum obedien tiæ fundunt. His quæq; deo imolamus continẽtia carnem: pauperie fortune bona: obedientiæ mentẽ animumq;. docuit hunc præclariſſimum uiuendi morem Criſtus maximus dicens. Si uis perfectus eſſe uade & uende omnia quæ habes & da pauperi bur & ueni ſequere me. Inde Lucretius ait. Veridi cis hominum purgauit pectora dictis. Et finem ſtatuit torpedinis atq; timoris: Q d foret atq; uiam monſtrauit limite paruo: Non ſolum autem mon ſtrauit ſed & preceſſit. ne quis difficultatis gratia iter horreret. Nullus hanc uiuendi normam in\ ſequitur quem Diuinus Spiritus non edocuerit

Lucretius

Nemo reli gioſe uiuit niſi a Cri ſto doctus

Christo maximo dicente. Nemo uenit ad me nisi pater meus traxerit eum. Itidem Gratia & ueritas tantum per Iesum Christum. Munus profecto di uinum esse constat: cum terrena fœlicitate contem pta seruus Christi quis efficitur. Hic angelicam in terris uitam degit. Hic deum suū adhuc mortalis iocundissime amplecti nouit: nil mentis affectu p sequitur: ni ipsum ad bene beateq; uiuendū condu cat. Suauissimū est iugum domini ac periocundū. homines deos efficiens propheta dicēte. Ego dixi dii estis & filii excelsi omnes. Sentiam me licet im petu quodam animi ac nimio dicendi desiderio p uehi sacræ religiōis celeberrimas laudes: mēte ani mo ue peruoluens: Conticeam tamen necesse est silētio easdē potiꝰ uenerās: q̄ infirmis rauciscq; mor talium ineptiis altissimū munus prosequens. Per suasisse igitur me crediderim Religionē solū mu nus Dei esse. Cui sentētiæ quicunq; aduersatur cri stianæ ueritatis hostis est. Ego sum hostium ait sal uator quo tantummodo ad dei ueri peragenda sa crificia ingredieris.

Iocūditas nimia: reli gioſe uiuē tis

Nunq̄ aliquem decipi si ad religionem subeundam inducatur.

Caput secundum.

QVis tam mẽtis inops cũm ſibi id quod ad bene beateq; uiuendum apprime condu cit conſulitur: deceptum ſe arbitrari uel it? Errat: fallitur nimium omnis qui interiori ſua dente ſpiritu nõ huiuſcemodi aureis retibus inuol uitur. Quanti duce natura patrios lares reliquere: Quanti terrenas contemplere diuitias: pauperiẽ amplexati ſunt ſola ſcientiæ dulcedine rapti: uni cum humanæ mentis ſolatium. Sic pythagoras. Memphiticos uates ſic Plato egyptum eamq; orã Italiæ quæ condam magna gretia dicebatur labo rioſiſſime peragrauit: quid pro religione cuius an cilla eſt ſciẽtia omnis faciendum erit. Eſt illud Biã tis cæleſte oraculum: Omnia mea mecum porto. Hoium bona nõ ſunt: Tecta magnifica neq; opes neq; imperia neq; quibus maxime aſtricti ſunt uo luptates: ſola uirtus: Religio erga deum optimũ. caritas ac ueneratio: quibus nihil præſtantius neq; diuinius eſſe poteſt præclarũ: Beatumq; illum effi cientes: iocundiſſime ſunt hominis diuitiæ quiſq; igit' ad ſubeũdam religionẽ: mores componẽdos: uitam deniq; omnẽ uirtutibus exornandã alterum hortat': eũ nequaq; fallit: at præſtantiſſimo munere donat quicunq; deceptorem eum aſſerit qui ineui tabile mortis exilium equo animo ſubeundum do cet: quod unico religionis ſuffragio potiſſimũ fit: nõ ſtultus non improbus ſed demens & inſanus eſt

Bias

Diuitiæ hominis

eum qui uerã edocet ſapientiã: quæ magnitudinẽ conſilii: tollerantia rerum humanarũ: cõtemptiõe fortunæ gloriat'. fallacem quis aſſeuerabit? Quam obrem canonũ interpretes. ut Panormita. extra de cõtrahenda emptione teſtant'. dolũ bonũ eſſe ſi te ad religionẽ induxi q; ſi huiuſcemodi erroris magiſtrum ſtulta diſputatione contenderis: Criſtum maximũ: diuos Apoſtolos: piiſſimos martires: Criſtianæ ueritatis eruditiſſimos ac ſanctiſſimos Doctores neceſſario fallaces: uniuerſumq; orbem decepiſſe: fatebere. Quos licet inſipientes nõ rectecq; perſuaſos hi qui ab brutis impudiciſſimis moribus minime diſtant inſanis uocibus appellẽt: hos tamẽ elegit deus ut inſipidos ſapientes confundat. Non poſſumus profecto dicere quin omnia quæ ad animam quæ ad corpus pertineant optime beatiſſimeq; is poſſideat: qui caritate proximus deo fact' beatiſſimam eius amicitiam exacta exquiſitaq; religione conſequutus eſt. Omnis ergo qui ſalutarem hanc hominum ad deum conuerſionem prædicat: dei uice fungitur: præclariſſimis equidem ſemper laureandus honoribus.

Inſipientes ſunt religioſi ſecũm ipiorum ſniam.

Criſtum maximum: Apoſtolos: diuoſq; martires maleficos fuiſſe nuncupatos. propter diua religionis opera.

Caput Tertium.

SI Vniuersam euangelicæ ueritatis hysto
riã: altius repetes: Cristũ maximũ q̃ reli
gionem populos edoceret plebis subuer
torem nũcupatum: comperies. Audi impiissimam
accusantium Iudeorum uocem. Inuenimus hunc
hominem subuertentem plebem & prohibentem
tributa dari Cæsari. Magum nonnunq̃ eundem di
xere: hisce improbis uerbis mira operantẽ insequẽ
tes. In beelzebub principe demoniorũ eicit demo
nia. Et Item. demoniũ habes. Cur o piissime Iesu
demonium habere diceris? q̃ uitia profecto argu
as q̃ innocentissimam uitam prædices q̃ oration
bus & ieiuniis nædum tuæ uocis imperio nequissi
mos demones ab humanis expellas corporibus. en
quisquis es o homo: en deus uerus: omnium erudi
tissimus præceptor: unicus ueritatis doctor. quin
ueritas carne tecta Magus dicit. Q d ad iuste bea
teq̃ uiuendum quosq̃ suadeat: quid miramur quẽ
piam nostrũ maleficum dici? Nos Cristus præmo
nuit dicens. Mementote sermonis mei quem ego
dixi uobis: Nõ est seruus maior domino suo. si me
persequuti sunt & uos persequentur. Hinc mundi
principes: orbis reparatores Apostoli maleficorũ
nomen haud deuitarunt. Q uid inuictissimos mar
tires exili sermone ꝓsequar? omnis pene docet Cri
stianæ reipublicæ historia: martires sanctissimos
ob egregia facinora indeflexumq̃ in dei amore

animum maleficos fuiſſe nuncupatos. Legim⁹ Di uam luciam tanto pondere fixiſſe ſpiritum ſanctū ut mille hominum uires aduerſus: immobilis per maneret. Grande hoc geſtum paſchaſius præſes intuit⁹. Quæ ſunt ait iſta maleficia ut una puella mille uiris moueri minime queat: dicant pari ſen tētia quidam adoleſcentulū intuiti Criſti Ieſu dul cedine raptum: diuitias paruifacientē: Matre affi nibuſq; percalcatis ad ſignum crucis euolantem. quæ ſunt iſta maleficia: quibus hæc diuina adole/ ſcens: operatur Matrem deſpicit: minas maledi ctaq; contemnit. Criſt⁹ eſt æternis ignibus pect⁹ inocentiſſimum ardens: diuina eſt caritas quæ ex ore infantium & lactentium laudem dei perficit: cæleſtem inquam ſpiritum cordi illapſum mundiſ ſimo hæc maleficia efficere (ut impio loquar mo re) credimus: experimur: luce clarius exploratum habuimus. Agnes Romanæ urbis præclariſſima ciuis annum uix nata tertium decimum: miros p Criſto perpeſſa agones. ad lupanar deducta ange lum dei preparatum inuenit qui candidiſſima lu ce impudiciſſimum locum circumfulſit quam/ obrem maleficā eā romāi. gentili adhuc errore de tenti autumabāt: pōtificib⁹ clamātibus. Tolle ma gam tolle maleficam: quæ mētes mutat & animos alienat. Dicito quæſo qs nā talia tātaue opari puel lā erudiuit. Is eqdē cuius delitiæ ſunt cū uirgineā

Diua Lucia

Diua agnes

uitã ꝓfitentibus eſſe. Is inquã q̃ ab mundi originẽ aduſq; calcem a teneris annis homines deligit quo Criſtianæ Innocentiæ præclariſſimos mores tueat̃ ſeruetq; . Neq; breuiorem manum domini noſtra tempeſtate effectam arbitremur qui in æternum. idem permanens: ſæcula quæq; ampliſſimis pecu liaribus nec non donat muneribus. Legito Agathã Dorotheam : legito innumeras uirginulas nobiliſ ſimis ortas natalibus q̃ nimio in deum maxi mum tenerentur amore: q̃ ſacram religionem aduerſus mundi principes. Conſanguineos: aduerſus inquã totum pene orbẽ amplecterent̃ magas maleficiſq; artibus deluſas plurimos affirmaſſe. Hæc aſſerere his inherere: inter mulierculas iſthæc nephandiſſi ma in medium deducere : criſtianæ eſt ueritati mi rum immodum aduerſari . Fidei fundamenta quiſ quis hic eſt ſubuertere conatur quod licet innume ris rationibus planius fieri poſſit : pauculas tamen accipito næ libellus in uolumen conſurgat. Criſtũ nanq; uiros Cælibes innocentiſſimos eruditiſſi moſq; maleficos fuiſſe nuncupatos iam lucidiſſime animaduertis.

Agatha Dorothea

Ab religione criſtiana oberrare eũ: qui ma leficiis aliquẽ ad religionẽ ſubeundam cogi poſſe aſſerit licet oppoſitũ latẽ ti diuino iuditio nonnunq̃ eueniat.

Caput Vltimum

QEum optimum maximũm uniuersi principium & finẽ nosti. Quisquis igitur ad Dei uenerationem: quod religione potissimũ sit; cõuertit huiꝰ mẽtẽ ab solo deo moueri rationi consentanũ est. Stultũ itaq; erit asserere hoc maleficis artibus fieri posse. Hinc per prophetam dominus ait. Perditio tua tantum ex te est: auxiliũ autem tantum ex me. Amplius quod diuina tantũ modo efficit natura impium est malefitiis attribuere: In dei amorem ac Religionis amplexum unicus pater cælestis animum hominis transmutat. Christo ihesu dicente. Nemo uenit ad me nisi pater meus traxerit eum: Impium igitur est id maleficiis imponere Adhuc Nullus spiritus nequam mentem ad diuina cognoscenda illuminare ualet: uerum ad beatos spiritus hoc tantummodo spectat Theologorum accademia teste: At ad subeũdam religionẽ quẽq; iducere illũ illuminare est: demẽtia ergo existit isthec maleficorũ artibus iscribere. Itidẽ id cuius gratia ois corporea uis ab deo optio cõdita est: ab malignis spiritibus effici posse erroneũ ẽ: Verũ ut deũ hõ cognoscat: ueneret adoret: uisibilia quæq; pfecta sũt. Igit ineruditũ nimis ẽ asseuerare maleficiis id euenir. Audi Diuũ Augustinũ. Fecit deꝰ rõnalẽ creaturã ut sũmũ bonũ itelligeret: itelligẽdo amaret amãdo possideret possidẽdo frueretur. Diuino uero oraculo didicimus: solem ac cætera in seruitiũ gẽtibus facta fuisse. Amplius religionẽ

Prima ratio

Secunda

Tertia

Quarta

Quinta

Sexta

ſolum diuinum munus eſſe aperta ratione probaui
mus. nepharium igitur eſt maleficorum figmentis
illud aſcribere. Demum criſtianæ ueritatis myſte
riorũ uim maleficiis attribuere ſacrilegum eſt: di
uitias contemnere: parentes peſſundare quo ſub re
ligionis iugo quiſpiam deo pacatiſſima mente de
ſeruiat ab criſti tantũmodo ſacramentis uerboq; di
uino eſt: Igitur maleficiis eadem efficere poſſe ne
phandiſſima eſt opinio criſtianæ ueritati aduerſa:
euangelicæ doctrinæ ac ſacramentorum eccleſiæ
maieſtati derrogans apud impios dei ſeruos in fa\
bulam uertens ac ſimplices quoſq; decipiens. Vbi
hæc opinio inualeſceret de re criſtiana actum uide
retur. Obicient nempe Iudei. Infideles ue cæ\
teri Criſtiani magicis artibus deluſi Criſtum pro\
fitentur conſtantiſſime: ſpernunt carnis illecebra
amentes maleficiis effecti: diuinis aſſentiunt litte
ris ſenſu hebetes ac capite leſi. Forſitan & Criſtus
mag⁹ fuit: unde iudei eum demonium habentẽ uo
citabant. Ecce o ſapiẽtiſſime præſes. En o uiri Illu
ſtres quanti pendendum eſt: q̃ diligenti examine
animo peruoluendum: quibus conſiliis: qua conan
dum auctoritate ut hic impiiſſimus error elidatur
in ſemine. Succidendus eſt q̃ citius uſq; ad minima
radicum: ne forte in arborem auctus nepharia ſemi
na præſtet Cæterum humani generis hoſtis nequiſ
ſimus: omnis aſtutiæ gnarus qui primos parentes

ímortali priuauit munere: qui per abrupta uitio rum innumeros deducit. deo quãdoq; ſinente. ma leficorum occultis ſuffragiis: turbat ſpiritus capi tis ſine quibus intellectus minime poteſt operari atq; eo tumultu: ut homo ab lege diuina nõnunq̃ aberret. Religionem quam tãtope Concupiuerat odio proſequatur ſi humanarum perſuaſionũ uim: ſi ægritudinum: quæ pleroſq; in deum maledicta proferre efficiunt alto pectore contemplatus quis fuerit: hoc haud difficilimum malignis ſpiritibus: ni diuina occurreret bonitas auxilia præſtans adiu dicabit. O altitudo ſapientiæ & ſcientiæ dei q̃ In comprehenſibilia ſunt iudicia eius & iueſtigabiles uiæ ei⁹. ſeuitiam equidem demonum reprimit. ue rum totam minime extinguit ad egregia iuſtorum probanda facinora: impiis uero eterni incendii præ ludnm.

Demõ qñq; ab recta uí uẽdi norma maleficiis hominẽ de ducit

FINIS.

Mediolani ex nobili officina Io. Angeli ſcinzenze ler Anno ab ſaluatoris ortu ſexto ſupra quigen teſſimum ac Milleſſimum Idibus Ianuarii.

Frater Georgius Rouegnatinus ex monte Briantino ordinis præ. Fratri Isidoro Isolano Mediolanensi eiusdem or. S.D.P.

Vidi opusculum tuum Isidore frater amantissime. ac perlegi: quo magos: diuinos: sortilegos: cæterosq; supstitiosos uiros. ac presertim maleficos: maleficasq; insectaris. Quo certe quantum oblectatus sim: non est fas uerbis exprimere: tum quoniam. quod ego inquirẽtibus. breuiter & cõsu se responsurus fueram: id a te latius ac luculentius explicatum uideo: tum uel maxime quod presentis temporis necessitas id plurimum exquirere uidebatur. Verum non potui non mirari: cum te perpendi uereri ac pertimescere id in publicum edere Nã quo pacto ad hæc usq; tpa icõcussa atq; imaculata pduraret orthodoxa fides: nisi uiri fortes & catholici aduersus errores cõtra ītemeratã fidẽ sæpi⁹ exurgẽtes: sese ītrepide opposuissent? Sic Hieronim⁹ pelagianos secundã tabulã ī ecclesia nõ admittentes. Iouinianũ uirginitati nuptias equiparãtem. Heluidium perpetuæ uirgini nequissime detrahentẽ. Vigilantium sæcularem uitam religiosæ comparantem repressit. Sic Augustinus aduersus hereses quinque sese ualidissimis rationibus oppo suit. Sic plurimi sanctissimi ac probatissimi uiri. quos repetere lõgum est: plurimas hereses errores

infinitos ac zizania inumera ex agro dominico ex tirpauere. Nec oportet ea nimia patientia tollerare ne paruus igniculus (quod de Arrio inquit Hieronimus) in magnum incendium excreſcat. Neq; uero ingeniolum tuum. cui non multum fidere uideris: excuſes neceſſe eſt. Nam preter id quod abs te qui tot annos & naturali & diuina philoſophia detritus es: exacta diligentia elaboratum eſt opus: habuit nihilominus (ut reliquos pretteream) cenſorē grauiſſimum. theologiæ ac diuinarum ſcripturarū interpretem non minus doctum quam elegantem Fratrem Franciſcum Silueſtrum Ferrarienſem totis criſtiani imperii finibus ob diui ingenii celſitudinem æmeritis laudibus perpetuo celebrandum: qui hæc non modo approbauit: ſed & laudauit plurimum. Prode ergo in lucem: quid uereris? prode quod omnibus utile fuerit: quod delectabile pluribus: quod nobis. maximeq; orthodoxæ fidei neceſſarium: in eo uel maxime laudem conſecuturus qđ pauciſſimis diebus (id quippe cauſa exigebat) difficillimum abs te abſolutum eſt opus. Vale.

Fraterfranciſch9 Silueſter Ferrarienſis

M. N. sn
Ave Gut 20/080

Epigramma Antonii Peloti.

Dum uanas scribis Magici cantabilis artes
Et nostra explosos relligione dolos.
Isolane iubar uirtutis: pectora cuius
Infera nulla latent: nulla superna latent.
Vatibus ut condam tibi non dictauit Apollo.
Sed Deus impleuit numine ueridico
Hæc mage contextu celebranda est pagina pauco
Lectio mēdacis q̄ numerosa magi
Vt que bene est opus uigilatum: iure dicasti
Iafredus Iafredo: auctori sunt pia danda pio
Id decus eximiū tibi dat: sed p̄side: tāto
Vindice. perpetuo hic tempore uiuet honos

Euangelista Ellus

Arte sua Circe: sotios mutauit Vlixis
Est inequā simili uersa puella modo
Non tamē hæc poterit probros cōpellere gressus
Ad proba: sin Crsti frangitur ista fides
Si tibi maga placet phytonia: me fuge lector
Oppositum uera nam ratione probo
Non sinit errores: patitur nec pagina presens
Oblita sit tanto fomite nostra fides
Quæq; supstitio per singula uerba notatur
Et q̄ nō frangam magica nulla manēt